Lectionarium. Saecul. x.

In uobis qui in uirtute di custodimini per fidem in salutem 1 Petr. 1,4.
paratam: Reuelari in tempore nouissimo: In quo exulta
bitis modicum; Nunc si oportet contristari in uariis
tribulationibus: ut probatio uestrae fidei multo preti
osior sit auro: quod per ignem probatur; Inueniatur
in laudem et gratiam et honorem: In reuelatione ihu xpi:
dni nostri; Sequentia sci euangelii secd. math.
In illo temp: uenit ihs in partes cesare philippi: et interro Matth. 16,13.
gabat discipulos suos dicens., usque et quaecumque solueris
super terram: erunt soluta et in caelis; Rq. istud
euangelium in natale ipsius petri
[illegible] sci [illegible] pauli apli ad hebreos
FRS: Recogitate dm illum xpm qui talem sustinuit a pecca Hebr. 12,3.
toribus aduersum semetipsum contradictionem:
ut ne fatigemini animis uestris deficientes; Nondum
enim usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum
repugnantes: et obliti estis consolationis: quae uobis
tamquam filiis loquitur dicens; fili mi noli neglegere
disciplinam dni: Neque fatigeris dum ab eo argueris; quem
enim diligit dns castigat: flagellat autem omnem filium
quem recipit; In disciplina perseuerate tamquam filiis
uobis offertur ds; quis enim filius quem non corripit pater:
quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt
omnes: ergo adulteri et non filii estis; Deinde patris
quidem carnis nostrae habuimus eruditores: et reuere
bamur eos: non multo magis obtemperabimus patri

I



spiritalium · et uiuemus per ihm xpm dnm nrm.

Matth. 12, 30. In illo temp. dixit ihs pharisaeis; qui non est mecum
contra me est. et qui non congregat mecum spargit;
Ideo dico uobis. omne peccatum et blasphemia remit
tetur hominibus. sps autem blasphemia non remittetur;
et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis
remittetur ei; qui autem dixerit contra spm scm non re
mittetur ei. neque in hoc seculo neque in futuro, Aut
facite arborem bonam et fructum eius bonum. Aut
facite arborem malam et fructum eius malum; Siqui
dem ex fructu arbor agnoscitur. progenies uiperarum.
quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. ex abundan
tia enim cordis os loquitur; bonus homo de bono thesauro
profert bona. et malus homo de malo thesauro profert
mala; Dico autem uobis; qm omne uerbum otiosum
quod locuti fuerint homines. Reddent rationem de eo
in die iudicii; ex uerbis enim tuis iustificaberis. et ex
uerbis tuis condemnaberis; Fer. v. Sq. sc[illegible]

Luc. 17, 20. In illo temp. Interrogatus ihs a pharisaeis. quando
uenit regnum di. Respondit eis. et dixit; Non uenit
regnum di cum obseruatione. neque dicent ecce hic. Aut
ecce illic. ecce enim regnum di intra uos est; et ait ad disci
pulos suos; uenient dies ut desideretis uidere unum diem
filii hominis. et non uidebitis; et dicent uobis. ecce hic
et ecce illic; nolite ire neque sectemini; Nam sicut
fulgor coruscans de sub caelo. in eo quae sub caelo sunt

[illegible]

fulget; ita erit filius hominis in die sua; Primum autem
oportet illum multa pati & reprobari a generatione hac Luc 17,25
& sicut factum est in diebus noe ita erit in diebus filii
hominis; edebant & bibebant & nubebant usque
in diem qua intrauit noe in arcam; & uenit diluuium;
& perdidit omnes; similiter factum est in diebus loth edebant 17,28
& uendebant; plantabant & aedificabant; qua die
autem exiit loth a sodomis pluit ignem & sulphur de caelo
& omnis perdidit; secundum haec erit qua die filius 17,30
hominis reuelabitur; In illa hora qui fuerit in tecto & uasa
eius in domo ne discendat tollere illa; & qui in agro
similiter non redeat retro; memores estote uxoris loth;
quicumque autem quaesierit animam suam saluare
perdet illam; Dico autem uobis In illa nocte erunt 17,34
duo in lecto uno unus adsumetur & alter relinquetur;
Duo in agro unus adsumetur & unus relinquetur;
Respondentes dixerunt illi ubi dñe quibus ipse dixit
ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur aquile

[illegible]

Luc 21,34 In illo temp̄ dixit ihs discipulis suis; Adtendite
uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula
& ebrietate & curis huius uitae & superueniat
in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim
superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis
terrae; uigilate itaque omni tempore orantes ut
digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt

& stare ante filium hominis; [illegible]

[illegible] Lec epi be pauli apli ad [illegible] cor III

1. Cor. 13, 1. FRS Si linguis hominum loquar & angelorum; cari
tatem autem non habeam; factus sum uelud
aes sonans aut cimbalum tinniens; & si habuero prophe
tiam & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam;
& habuero omnem fidem ita ut montes transferam;
caritatem autem non habeam nihil sum; & si distribuero
in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradide
ro corpus meum ita ut ardeam; caritatem autem non
habuero nihil mihi prodest; caritas patiens est benigna
est; caritas non emulatur; non agit perperam; non
inflatur; non est ambitiosa; non querit quae sua
sunt; non irritatur; non cogitat malum; non gaudet
super iniquitate; congaudet autem ueritati; omnia
suffert; omnia credit; omnia sperat; omnia sustinet;
caritas numquam excidit; siue prophetiae euacuabun
tur; siue linguae cessabunt; siue scientia distruetur;
ex parte enim cognoscimus; & ex parte prophetamus;
cum autem uenerit quod perfectum est; euacuabitur
quod ex parte est; cum essem paruulus; loquebar ut par
uulus; sapiebam ut paruulus; cogitabam ut paruulus;
quando autem factus sum uir; euacuaui quae erant par
uuli; uidemus nunc per speculum in enigmate; tunc
autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte; tunc
autem cognoscam sicut & cognitus sum; nunc autem



et stare ante filium hominis; [illegible]
[illegible] Lec(tio) ep(istu)le b(eat)i pauli ap(osto)li ad corin(thios)

1. Cor. 13, 1. FR(atre)S: Si linguis hominum loquar et angelorum: cari
tatem autem non habeam: factus sum uelud
aes sonans aut cimbalum tinniens; et si habuero prophe
tiam et nouerim mysteria omnia et omnem scientiam:
et habuero omnem fidem ita ut montes transferam:
caritatem autem non habeam nihil sum; et si distribuero
in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradide
ro corpus meum ita ut ardeam: caritatem autem non
habuero nihil mihi prodest. Caritas patiens est benigna
est; caritas non emulatur. Non agit perperam; Non
inflatur: Non est ambitiosa. Non querit quae sua
sunt. Non irritatur: Non cogitat malum; Non gaudet
super iniquitate: Congaudet autem ueritati; omnia
suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet:
caritas numquam excidit. siue prophetiae euacuabun
tur. siue linguae cessabunt; siue scientia distruetur.
Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus.
Cum autem uenerit quod perfectum est. euacuabitur
quod ex parte est; cum essem paruulus: loquebar ut par
uulus: sapiebam ut paruulus. cogitabam ut paruulus.
quando autem factus sum uir euacuaui que erant par
uuli; uidemus nunc per speculum in enigmate tunc
autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte: tunc
autem cognoscam sicut et cognitus sum; nunc autem

In uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem 1 Petr. 1, 4.
paratam: reuelari in tempore nouissimo: in quo exulta
bitis modicum; nunc si oportet contristari in uariis
tribulationibus: ut probatio uestrae fidei multo preti
osior sit auro: quod per ignem probatur: inueniatur
in laudem et gratiam et honorem: in reuelatione ihu xpi:
dni nostri; [illegible] euang(elium) sec(undum) math(eum)
In illo temp(ore): uenit ihs in partes cesare philippi: et interro Matth. 16, 13.
gabat discipulos suos dicens., usque et quaecumque solueris
super terram: erunt soluta et in caelis; Rq. Istum [illegible]
[illegible] apostolus petrus [illegible]
[illegible] Lec(tio) ep(istu)le b(eat)i pauli ap(osto)li ad hebreos.
FR(atre)S: Recogitate eum qui talem sustinuit a pecca Hebr. 12, 3.
toribus aduersum semetipsum contradictionem:
ut ne fatigemini animis uestris deficientes; nondum
enim usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum
repugnantes: et obliti estis consolationis. quae uobis
tamquam filiis loquitur dicens; fili mi noli neglegere
disciplinam dni: neque fatigeris dum ab eo argueris; quem
enim diligit dns castigat: flagellat autem omnem filium
quem recipit; in disciplina perseuerate tamquam filiis
uobis offert ds; quis enim filius quem non corripit pater:
quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt
omnes: ergo adulteri et non filii estis; deinde patris
quidem carnis nostrae habuimus eruditores: et reuere
bamur eos: non multo magis obtemperabimus patri

spiritaum. Qui uiuemus per ihm xpm dnm nrm.

Matth. 12,30 In illo temp. dixit ihs phariseis; qui non est mecum
contra me est. Et qui non congregat mecum spargit;
Ideo dico uobis. omne peccatum et blasphemia remit
tetur hominibus. sps autem blasphemia non remittetur.
Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis
remittetur ei; qui autem dixerit contra spm scm non re
mittetur ei: neque in hoc saeculo neque in futuro. Aut
facite arborem bonam et fructum eius bonum. Aut
facite arborem malam et fructum eius malum; Siqui
dem ex fructu arbor agnoscitur. progenies uiperarum
quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. ex abundan
tia enim cordis. os loquitur; bonus homo de bono thesauro
profert bona. et malus homo de malo thesauro profert
mala; Dico autem uobis. qm omne uerbum otiosum
quod locuti fuerint homines. Reddent rationem deeo
in die iudicii; ex uerbis enim tuis iustificaberis. et ex
uerbis tuis condemnaberis. [illegible]

Luc. 17,20. In illo temp. Interrogatus ihs a phariseis. quando
uenit regnum di. Respondit eis. et dixit; Non uenit
regnum di cum obseruatione. Neque dicent ecce hic. Aut
ecce illic. ecce enim regnum di intra uos est; et ait ad disci
pulos suos; uenient dies ut desideretis uidere unum diem
filii hominis. et non uidebitis; et dicent uobis. ecce hic
et ecce illic; Nolite ire neque sectemini; Nam sicut
fulgor coruscans de sub caelo. in ea quae sub caelo sunt

[illegible]
fulget. ita erit filius hominis in die sua. Primum autem Luc. 17,25
oportet illum multa pati. et reprobari a generatione hac
Et sicut factum est in diebus noe: ita erit in diebus filii
hominis; edebant et bibebant et nubebant: usque
in diem qua intrauit noe in arcam; et uenit diluuium.
et perdidit omnes. similiter factum est in diebus loth. edebant 17,28
et uendebant: plantabant et aedificabant; qua die
autem exiit loth a sodomis: pluit ignem et sulphur de caelo
et omnis perdidit; secundum haec erit: qua die filius 17,30
hominis reuelabitur; In illa hora qui fuerit in tecto et uasa
eius in domo. ne discendat tollere illa. et qui in agro
similiter non redeat retro; memores estote uxoris loth;
quicumque autem quaesierit animam suam saluare
perdet illam; Dico autem uobis. In illa nocte erunt 17,34
duo in lecto uno. unus adsumetur. et alius relinquetur.
Duo in agro. unus adsumetur. et unus relinquetur.
Respondentes. dixerunt illi. ubi dne. quibus ipse dixit.
ubicumque fuerit corpus. illuc congregabuntur aquile.
[illegible]

Luc. 21,34 In illo temp. dixit ihs discipulis suis. Adtendite
uobis. ne forte grauentur corda uestra in crapula
et ebrietate et curis huius uitae. et superueniat
in uos repentina dies illa; Tamquam laqueus enim
superueniet in omnes. qui sedent super faciem omnis
terrae. uigilate itaque omni tempore. orantes ut
digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt
[illegible]